

Johann Georg Dorsche

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus D. & Professor Theologus, Ad Exequias ... Dn. Joachimi Michaelis, Witstockiensis Marchici, Iurium Studiosiss. die. 19. Iunii An. Chr. 1659. ... denati Quas Moestissimus Dn. Parens hodie ... paraturus est ... Cives praeprimis Academicos, velut ... invitat atq[ue] cohortatur ...**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770665535>


Druck Freier  Zugang



Dorscheus, J. G.,  
in  
**J. Michaelis.**  
Rostock, 1659.

61















50

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
JOHANNES GEORGIUS  
DORSCHHEUS D. & PRO-  
FESSOR THEOLOGUS,  
AD EXEQVIAS  
*Præstantissimi & Eximii*

DN. JOACHIMI  
MICHAELIS,  
WITSTOCKIENSIS MARCHICI,  
Jurium Studiosiss.

die 19. Junii An. Chr. 1659. in DOMINO JESU denati  
*Quas*

Mœstissimus Dn. Parens  
hodie hora I. pomerid XXII Jun. in æde  
Nicolaitana paraturus est,  
frequentia numerosa cohonestandas  
omnium ordinum omnes & literarum  
doctores, Cives præprimis Academicos,  
*velut*  
ad theatrum caducitatis  
& æternitatis incentivum  
peramanter & officiosè invitat atq; cohortatur  
Salutem perennem precatus!



Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. LIX.



**C**elebratur hodie in fastis memoria DECEM MIL-  
LIUM MARTYRUM. De quibus ita Martyro-  
logium Venerabilis Bedæ, quod extat Tom. 3. Ope-  
rum, p. 427. X. Cal. Junii celebratur passio Sanctorum 10.  
millium Martyrum; Ado Trevirensis Episcopus in suo  
Martyrologio, quod habetur in historia Christiana Vete-  
rum Patrum Laurentii de la Barre, ad X. Cal. Jul. ita habet.  
Apud Alexandriam in monte, qui vocatur Ararath, celebra-  
tur passio sanctorum martyrum decem millium crucifixorū.  
Et annotat Barrius: Decem millium passio in M. S. inscribi-  
tur quoad versionem Anastasio Bibliothecario: doctis tñ.  
quædam displicent in ea. Martyrologium Romanum ita  
habet: In monte Ararath passio sanctorum martyrum de-  
cem millium crucifixorum. Petrus de Natalibus Venetus,  
Episcopus Equinus Catalog. sanctor. lib. 5. cap. 137. ita de-  
scribit: Decem millia Martyrum apud Alexandriam sub  
Adriano & Antonio passi sunt. Cum n. Agareni & Euphra-  
tenses Romano Imperio rebellassent, Adrianus & Antonig  
Imperatores, qui in partibus Alexandriæ degebant, novem  
millia militum contra eos dirigunt, eisq; Acacium Primice-  
rium & Heliadem ducem præficiunt. Cum a. Romanorum  
militia multitudinem adversariorum conspexissent, perter-  
riti terga veterunt. Et sciscitantes inter eos, cur tantus tre-  
mor eos invasisset, putantesque quod Dii contra eos indi-  
gnati forent, eò, quod illis sacrificare neglexissent, acceden-  
tes ad simulacra sacrificia obtulerant. Irruentibus hostibus  
adhuc majori formidine repleti sunt, conciti quoq; se in fu-  
gam dederunt. Quibus Angelus Domini apparuit, qui in spe-  
cie juvenis eos alloquens, Deos gentium esse dæmonia, asse-  
ruit, & hæc illis bis contigisse affirmavit, eo quod vanorum  
Deorum suffragia postulassent. Quod si in Christum credere  
vellent,



vellent, victoriam ex hostibus reportarent. Quibus unanimiter se velle credere respondentibus, Angelus disparuit. Consequenti die Christum in sui adiutorium exposcunt, in hostes impetum faciunt, & angelum, qui pridie illis apparuerat, exercitum eorum præcedentem cernunt, barbaros viriliter cedunt, in fugam vertunt, & multos fugientes in lacum se præcipitare cogunt. Obteno triumpho Angelus Dominus dedit sanctos ad verticem montis Ararath longè ab Alexandria per quingenta stadia positi, Imperatoribus tunc in Alexandria constitutis. In quorum medio Angelus sedebat & eos de fide Christi plenius instruebat. Illic a cœli aperti sunt & alii 7. Angeli visibiliter ad eos descendunt, omniaque illis futura prædicunt & ad martyrii passionem constantes efficiunt. Quibus ab eodem sublatis oculis sancti Martyres unanimiter in Christi fide & amore fundati XXX. diebus in monte perstiterunt orantes, nullo penitus cibo corporeo sustentati. Imperatores ad eos perquirendos mittunt, mirantes cur ad illos habita victoria non redirent, eosq; Christianos factos audierunt. Statimq; septem Regibus circumstantium regionum epistolas dirigunt, ut ad eos cum ingenti exercitu festinarent, ad novorum Christianorum exterminium faciendum. Regibus igitur cum festinatione congregatis Imperatores nuntios dirigunt, eosq; coram se accersiri faciunt. Qui oratione præmissa se mutuò comportantes, voce delapsa cœlitus confortati, coram Imperatoribus comparere festinant intrepidi: interrogatique ab eis, cur post triumphum Nazareno crucifixo adhæsisent, & Augustorum leges præterire non timuissent, A caciis ore omnium respondens, omnia quæ illis evenerant, enarravit, & Christum Dominum voce publica prædicavit. Omnes quoq; milites Christum solum verum Deum acclamare cœperunt. Et cum Imperatores comminarentur, quod omnes pœnas,



pœnas, quas crucifixus pertulerat, illos experiri facerent; unus ex collegio martyrum Carcerius nomine. campi ductor, se beatos fore respondit, si necis & passionis Domini mererentur esse consortes. Clamantibus autem populis Gentilium contra eos, & illis e contra Christum viva confitentibus voce, populi furore moti in eos lapides miserunt, eosque lapidare cœperunt. Sed Christi virtute lapides in facies iactantium vertebantur, & plurimi ex gentilibus mactabantur, sanctique Martyres à lapidibus minimè tangebantur. Quod cernentes Imperatores & hoc magicis virtutibus adscribentes, eos scorpionibus flagellari iusserunt. Et cum diutius læderentur, unus eorum juvenulus nomine Draconarius, parum per in verbis deficiens, ad Acacium se convertens, eius exhortationem postulabat. Quem postquam Acacius confortasset timens ne aliquis ex collegio in fide propter flagella titubaret, oravit ad Dominum, ut eos ab ipsis tormentis erueret. Statimque facto nimio terræ motu manus & brachia cedentium aruerunt. Quo viso miraculo Magister quidam militum Theodorus nomine cum suis militibus mille conversus est, qui se Christianos profitentes ad novem mille Martyres se contulerunt. Tunc Imperatores irati iusserunt apportari clavorum multitudinem trigonorum & per viginti stadia spaci, ut super eis sancti nudis pedibus ambularent. Quod cum fieret, Angeli Domini Martyres præcedebant & clavos levantes in unum coacervabāt. Imperatores verò illos Angelos Deos esse putabant, propter quod adhuc magis martyres ad sacrificia suadebant, eò quod Divillorum miserti, illos a tali clavorum periculo liberarent. Sed cum tam primi novem mille, quam alii mille superadditi solum verum DEUM crucifixum clamarent, iusserunt Augusti, ut omnia crucifixi tormenta, quæ prædicant, experiantur in eis. Sicut coronæ spineæ eorum capite  
mbul



tibus imponuntur, & lanceis latera perforantur, & ut olim Christus à Judæis, sic sancti à militibus sibi genufle-  
ctentibus illuduntur. Qui hæc constanter tolerant, sanguine eorum proprio frontes tingebant in mysterio  
baptismatis, quo carebant. Tunc de consilio Regis Sa-  
poris sancti Martyres in crucibus configi iubentur. Et  
comitantibus illos omnibus populis ad montem Ararath  
ab exercitu deducuntur, & ibidem hora tertia crucibus  
figuntur. Beatus vero Acacius in cruce pendens pen-  
dentes similiter socios hortabatur, & symbolum fidei  
Catholicæ profitebatur. Ut autem sanctorum passio per  
omnia dominicæ passioni similis esset, miracula, quæ  
in oriente Domino comparuerunt, innovata sunt. Nam  
& hora sexta usque ad horam nonam sol obscuratus est,  
& terræ motus ingens factus, ita ut plurima ædificia rue-  
rent, saxa etiam & parietes multi confessi sunt obstupen-  
tibus universis. Sancti verò martyres ad Dominum o-  
raverunt, ut sancti eos in quacunque necessitate invo-  
cantes petitionis suæ à Domino consequerentur effectum,  
& vigiliam passionis eorum cum silentio jejunantes in-  
dulgentiæ pro peccatis mererentur percipere annum  
num. Statimque voce de cælo lapsa ad eos ad cœlestia  
regna percipienda vocantur & eorum petitiones ex au-  
dite nunciantur. Post modicum ergo facta hora nona  
totum montem lux maxima circumfulsit. Sancti quoque  
Martyres magnis vocibus suos in manus Domini spiri-  
tus commendantes animas emisit. Corpora verò ab  
Angelis de crucibus deposita divina dispositione in ipso  
monte sepulta sunt. Sic ille. Tradunt etiam talia Mom-  
brius, Maurolycus, Galestinus & similes. Sed parum  
ista probantur Radulpho Tungrensi, qui de canon. ob-  
servat. propos. in ita scribit: De decem milibus Marty-



rūm quæ fabulosè (dicam donec aliud videro) finguntur  
omni genere passionis Christi perpesi fuisse in monte  
Ararath prope Alexandriam, nec eorum passio in aliquo  
Martyrologio authentico annotatur, nec ipsorum diem  
Romæ in aliquo Calendario antiquo potui reperire. Ba-  
ronius ad Martyr. Rom. p. 384. graviter in eum propter  
hanc censuram invehitur, & Calendario opponit marty-  
rologium. Utriusq; verò non adeo magna est autoritas.  
Ad id quod de monte Ararath juxta Alexandriam obji-  
cit, respondet, non intelligi Alexandriam, quæ est in  
Ægypto & longè admodum distat à monte Ararath, qui  
in minori Armenia situs est, sed eam, quæ juxta Tigrim  
posita, cujus meminit Plinius lib. 6. cap. 27. qui quidem  
annis interluit majorem Armeniam. Sed unde probat,  
illam Alexandriam juxta montem Ararath sitam? Ad id,  
quod de tanto numero simul crucifixorum tanquam in-  
credibile objicitur, respondet, etiam Josephum de bello  
Jud. lib. 6. cap. 12. tradere, Judæos omnes in obsidione  
Hierosolymorum è muris lapsos, à Romanis compre-  
hensos in dies singulos quingentos & aliquando plures  
in conspectu civitatis cruci fuisse affixos, adeo. ut cruce  
segetibus densiores esse viderentur ac propter multitu-  
dinem quam cepissent jam spatium crucibus de esset &  
corporibus cruce. Addit, Q. Curtium lib. 4. histor. re-  
ferre, Alexandrum duo millia, in quibus occidendis de-  
peterat rabies, crucibus affixos, per ingens littoris spati-  
um pependisse. Orosium etiam lib. 6. c. 17. memorare,  
seca millia servorum ab Augusto uno eodemque tempo-  
re in crucem acta. Sed nondum ad decem milia fortis-  
simorum militum unâ crucifixa assurgit Baronius. Quod  
de Sapore, qui tum non extiterit, objicitur, respondet,  
non de Rege Persarum, sed Armenorum sermonem esse,  
Unde




Unde verò constat, Saporem quendam Regem Armeno-  
rum fuisse? Ad id, quod dicitur, Hadrianum illo tem-  
pore in Armenia non fuisse, respondet Baronius, ab Ha-  
driano factum dici, quod ab ejus legato factum. Sed quo-  
modo Antonino & Hadriano Imperatoribus id factum  
dicunt Acta? Videtur sibi ipsi per omnia non satisfacis-  
se Baronius, ideò demum fatetur, in illis Actis, ut in aliis  
fere omnibus contingit, inesse aliqua, quæ levi quadam  
indigeant emendatione. Mittimus fabulosam crudeli-  
tatem, quæ in fastis hodie commendatur, & convertim9  
nos ad exemplum Academicæ mortalitatis, quod nobis  
suppeditat Præstantissimus & Doctissimus Juvenis, Dn.  
*JOACHIMUS MICHAELIS*, L. L. Studiosus florentissimus.  
Is equidem ea lege natus est, ut aliquando denasceretur.  
Natus est enim Wittstokii in Marchia Brandenburgica,  
ubi sicut ubiq; non nisi mortales nascuntur: & quidem  
lucem adspexit An. Christi 1635. XXII. Martii: ante  
XXIV. annos jam præterlapsos. Pater ejus est, Vir Spe-  
ctatissimus & honoratissimus Dn. Joachimus Michaelis  
civis & cerevisarius ibidem æstimatissimus, superstes  
adhuc & lugubribus oculis turbatum mortalitatis ordi-  
nem intuitus. Matrem, quæ ipsi moriendo præivit, ha-  
buit foeminam honestissimam Elisabetham Prizels.  
Avus Paternus ipsius fuit Spectatissimus & artificiosis-  
simus Vir, Dn. Nicolaus Michaelis, Serenissimi Marchi-  
onis Brandenburgici quondam Aurifaber Aulicus. Aviam  
paternam habuit feminam optimi exempli, Elisabetham  
Gulen/ & ipsam mortalibus exemtam: Avus maternus  
fuit amplissimus & prudentissimus Vir Dn. Eberhardus  
Prizelius, Senator Wittstokiensis optimè meritus. Avia  
ejus materna laudatur femina emendatissimi exempli  
*Dorothea Newschüsin*. His parentibus ac majoribus in  
mun.



In mandum ut ingressus est, illico per baptismum in re-  
gnū gratiæ relatus est. Tenella ætas ad omnem pieta-  
tem composita fuit. Adultior factus à supra laudato Dn.  
Parente suo ad studia liberalia capeffenda ad motus fuit,  
& quidem primum Wittstokii, ubi pulcherrimam de se  
spem excitavit; deinde Gustavoii, ubi in quartum usq;  
annum eximia pulcherrimis fundamentis in patria jactis  
superstruxit. Deniq; superioris anni 1658. mense Aprili  
in Academiam nostram pervenit, ut in amplissima studi-  
orum universitate sibi plenius consulere. Consuluit  
sibi optime, dum pietate ad Deum animum erexit & ma-  
gna sedulitate, quæ sui fuerunt officii, peregit. Sed dum  
in multos adhuc annos disposuit studiorum suorum cur-  
sum, ex improvise XII. Junii morbo ardente corripitur  
qui ea celeritate omnes ipsius vires debilitavit, ut ipse in-  
telligere potuerit, in hac quidem lucta se succubiturum.  
Unde ad meliorem vitam excitatum animum absolutio-  
ne à peccatis gratiosa & epulo Eucharistico instruxit.  
Sic instructus fortiter pugnavit, donec XIX. Jun. anima  
placidissima abitu, in cælo coronanda, emigraret: Cor-  
pore terris relicto, usque ad magnum illum restitutionis  
omnium diem. Nostra nunc postulat pietas, ut Dn Pa-  
rentem consolatur honorifica funeris deductione ad se-  
pulturæ locum, qui est in templo Nicolaitano. Eo nomi-  
ne omnes studiorum & cultores & fautores amice & die-  
ligenter excitatos velim, ut hodiè hora I. pomer. con-  
fluant. Dab. Rostoch. A. Chr. 1659.

XXII. Junii.


*Conventus factus in templo Nicolaitano.*






















vellent. victoriam ex hostibus reporta-  
 miter se velle credere respondentibus,  
 Consequenti die Christum in sui adju-  
 hostes impetum faciunt, & angelum, qui  
 rat, exercitum eorum præcedentem ce-  
 liter cedunt, in fugam vertunt, & multi-  
 se præcipitare cogunt. Obvento trium-  
 nideduxit sanctos ad verticem montis  
 Alexandria per quingenta stadia positi,  
 in Alexandria constitutis. In quorum  
 bat & eos de fide Christi plenius instru-  
 perti sunt & alii 7. Angeli visibiliter  
 omniaque illis futura prædicunt & ac-  
 constantes efficiunt. Quibus ab eode-  
 sti Martyres unanimiter in Christi f-  
 XXX. diebus in monte perstiterunt o-  
 cibo corporeo sustentati. Imperatores  
 mittunt, mirantes cur ad illos habita-  
 eosq; Christianos factos audierunt. S-  
 bus circumstantium regionum epistol-  
 cum ingenti exercitu festinarent, ad  
 rum exterminium faciendum. Regi-  
 tione congregatis Imperatores nuntia-  
 ram se accersiri faciunt. Qui oratione  
 comportantes, voce de lapsa coelitus  
 peratoribus comparere festinant intre-  
 ab eis, cur post triumphum Nazareno  
 & Augustorum leges præterire non tim-  
 omnium respondens, omnia quæ illis  
 & Christum Dominum voce publica  
 quoq; milites Christum solum verum  
 perunt. Et cum Imperatores commin-

us unani-  
 sparuit,  
 scunt, in  
 apparue-  
 ros viri-  
 in lacuna  
 us Domi-  
 ngè ab A-  
 ibus tunc  
 elas sede-  
 a. coelia-  
 endunt,  
 assionem  
 culis san-  
 e fundati  
 o penitus  
 uirendos  
 redirent,  
 em Regi-  
 ut ad eos  
 ristiano-  
 m festina-  
 eosq; co-  
 se mutuò  
 oram Im-  
 rogatique  
 a sissent,  
 acius ore  
 narravit,  
 Omnes  
 mare cœ-  
 od omnes  
 pœnas,

